

*Cop 245 163*

# De magistratibus A-

THENIENSIVM LIBER, AD  
Gulielmum Poyetum totius Gallia Cācel-  
larium, Gulielmo Postello Barētonio, Ma-  
thematum professore regio, authore.



*12*  
*2151*

~~*45-21*~~

Venalis prostat Parisiis apud Michaëlē Vasco-  
lanum sub Fonte in via Iacobeā,  
& Galeotum à Prato in re-  
gio palatio.

M. D. X L I.

*1541*

Cum priuilegio in triennium.



16



# De magistratibus Atheniensium

THENIENSIVM LIBER.

Gulielmus Postellus, Gulielmo Postello Barentonio, M. S.

**Cautum est, ne quisquam Gulielmi Postelli Barentonii librum de Magistratibus Atheniensium triennio proximo imprimere audeat, aut alibi impressum videri, sub poena confiscationis librorum sic impressorū, & arbitraria, præter Michaelē Vascofanū, & Galeotū à Prato, quibus chirographum nostrum in huius rei fidem concessimus. Ann. M. D. XLI.**

## I. I. De Mesmes.

Ventis proles Parisiis apud Michaelē Vascofanum sub Fonte in via Jacobæ, & Galeotum à Prato in regio palatio.

M. D. XLI.

Cum privilegio in omnibus Regibus Christianissimis.

DE POPULI DIVISIONE.

CAPVT I.



Theniēses, qui & ἀντόχθονες, id est indigenæ nūcupari altius referēdæ originis gratia gaudebant, tribus distinctos fuisse nomini- bus, scriptum nō pauci relique- runt. Inter illos enim erāt ὑπε- τρίθαι, γεωμόροι, δημίεργοι. Primo nobilitas, vt Ro- mæ patricii, appellari volebat. Geomori erant rustici, ita dicti, quòd illis iam pridē pars aliqua agri Attici ad colendum cessisset. Artifices, qui artes mechanicas & mercimonia ī vrbe exerce- bant, tertio vocabulo vocari solebāt. Significa- bat & demiurgi vox, præter fellularios, & eos qui vilioribus artibus victū sibi parabāt, etiā id mūnus quod Romani Publicanum vocāt. Iis qui erant aut ætate aut honoribus maiores, in- ter cæteros dicebantur demogerōtes, quasi Se- natores, quibus à popularibus præcipuè sum- ma deferebatur authoritas. Primum alioqui no- men ἀντόχθονος non populi fundi aut ciuitate donati fuit, sed illorum quorum maiores cō- muni omnium consensu tantum Athenis vi- xisse, nec aliunde originem traxisse assererētur. Ambitionis itaque illius gratia δημοποίνδι voca- bantur populi fundi. Qui autē ex tribus vnus